UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCLVI. Verordnung des Markgrafen Johann von Brandenburg für die Bürger zu Guben, wie sie mit den eines Verbrechens angeklagten Personen, rittermäßigen, bürgerlichen und bäuerlichen Standes, ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

ſeine Mithelfer, welche einige adliche Märker waren, in die Verſöhnung eingeſchloſſen würden, nämlich Friedrich, Gebhart, Henneke und Albrecht von Alvensleben, Heinrich, Droiſeke, Johann und Henneke von Kröchern. Könnte er dieſe Vereinigung nicht vor St. Gregorii Tag bewirken; ſo ſollte der König ihm mit 600 Mann Beiſtand leiſten. Er gelobte, daſs wenn dieſer Krieg beendet ſeyn würde, er dem Könige Erich von ſeinen Landen ewiglich dienen wolle, als ſeinem rechten Herrn.

CCCCLVI. Verordnung des Markgrafen Johann von Brandenburg für die Bürger zu Guben, wie ſie mit den eines Verbrechens angeklagten Perſonen, rittermäßigen, bürgerlichen und bäuerlichen Standes, verfahren ſollen, vom 16. Juni 1315.

Omnibus criſti fidelibus, preſens ſcriptum intuentibus, patefiat, Quod nos Johannes, dei gracia Brandenburgenſis et Luſatie Marchyo, noſtros ciues vniuerſos, in ciuitate noſtra Gubyn degentes, ea duximus prerogatiua preferendos et preſentibus preferimus literis, in nouis ſententiis juris, in hunc modum, quod cunctos ſuos aut quoslibet crimine quocunque infamatos, dampnabili inpeticione vincere poſſint hoc modo, Quemlibet bone indolis exiſtentis, cum tribus perſonis ejusdem conditionis, Ciuitatenſem uero cum quinque perſonis, atque communem cum ſeptem perſonis talis conditionis, qui quidem omnes et ſinguli duabus inpeticionibus ſunt defenſandi, talium in numero perſonarum premiſſis conditionibus taxatis nichil obſtante, Quod tercia vice dampnabitur et dampnabuntur ſententiis memoratis. Dantes ipſis preſens ſcriptum in teſtimonium euidens perpetuo valiturum. Actum Arneborch, anno Domini myllesimo Treſcenteſimo quinto decimo, In craſtino beatorum viti et modeſti martyrum.

Nach Wilkii Ticemannus Cod. dipl. 215.

CCCCLVII. Bündniß zwiſchen Woldislaw, Herzog von Cracow, mit den Königen von Schweden, Dänemark und Norwegen, ſo wie mit den Fürſten von Rügen, Wenden und Mecklenburg, zum Beiſtande beſonders gegen die Markgrafen von Brandenburg, vom 27. Juni 1315.

In nomine Domini Amen. Cum ſincera concordie unio Principum inter ipſos verum amorem nutriat, odium tollat, tranquillitatem et pacem ſubditis generet, terrisque ipſorum profectum augeat et ſalutem, hinc eſt, quod nos Woldislavus Dei gratia Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lutitie, Cuyavie, totiusque regni Polonie Dux nec non heres Pomeranie, omnibus preſentibus et futuris, ad quod preſens ſcriptum pervenerit, volumus conſtare, quod cum victorioſiſſimis Principibus amicis noſtris pre cunctis precordialibus et dilectis Dominis, Dacie, Suecie et Norwegie Regibus et magnificis Principibus Ruy-